



de egregiis legalibus doctrinis testimonium impetit eaque de causa doctas utriusque Iuris textuum interpretationes fecit susceptoque examine nobis abunde satisfecit, obtinuitque iudicium, quo ipsi promeriti honores unanimi Collegii sententia sunt decreti. In eo iam est ut publicum specimen edat, Dissertationem nempe inauguralem proprio Marte diligenter elaboratam, me moderatore collationis eruditae, eandem defensusus ad d. XX. Septembris. Ut autem Magnificus Academiae Rector, Illustrissimi Comites, Patresque Senatus grauiissimi, Hospites omnium Ordinum, nec non Generosissimi Nobilissimique Ciues et Commilitones hunc Actum sua praesentia exornare non dedignentur, obseruanter et peroficiose rogo. P. P. in Academia Ienensi sub Sigillo Facultatis ad d. XVII. Septembris A. R. S. MDCCLVIII.

